Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

potestatis hoc dare · ut illud
intellegatur hoc dare · pqd
dis et ęqualis sē patri · Non ē
meū inquit dare · id ē hu
mana potestate ista dare ·
sed quib; paratum ē a patre
meo · Sed iam tū intellege ·
quia si omnia quę hē pater
mea sunt · et hoc utq; meū
ē · et cū patre ista parau ·
Nā et illud quero quomodo
dictum sit · Si quis ñ audit
uerba mea · ego ñ iudicabo
illum · fortassis enī ita hic
dixē · ego ñ iudicabo illum ·
quē admodum ibi non ē
meū dare · Sed quid hic se
quitur · Non enī uenī ut
ut iudicem mundū · sed
ut saluū faciā mundum ·
Deinde adiungit et dicē ·
Qui me spernit · et ñ ac
cipit uerba mea · habet q
se iudicet · Hic iam intelle
gerem patrem · nisi adiun
geret et diceret · uerbū qd
locutus sum ipsū iudicabit
illum in nouissima die · Qd
igitur iam nec filius iudica
bit · quia dixē · Ego ñ iudi
cabo illum nec patē · sed ūbū
quod locutus ē filius · Immo
audi adhuc quod sequitur ·

Quia ego inquit ñ ex me
locutus sum · sed ille qme
misit pater · ille mandatū
michi dedit · Quid dicā ·
et quid loquar · et scio qa
mandatum eius uita ētna ē ·
Quę ego loquor · ita ut dixē
michi patē · sic loquor · Si g
non iudicat filius · sed ūbū
quod locutus ē filius · Atq;
ipsum uerbum ē · quod lo
cutus ē filius · Atq; ipsū
uerbum patris · id ē ipse ē
filius · Non enim aliud ē
mandatum patris · aliud
uerbum patris · Nam et
uerbum · hoc appellauit
et mandatum · Videamus
ergo ne forte quod ait · ego
ñ ex me locutus sū · hoc in
tellegi uoluerit · ego non
ex me natus sum · Si enim
uerbum patris loquitur · se
ipsum loquitur · quia ipse ē
uerbum patris · Plerumq;
enī dicit · dedit michi patē ·
In quo uult intellegi · qd
eum genuerit patē · ut non
tamquā iam existenti · et
non habenti dederit aliqd ·
se ipsum dedisse ut habęt ·
genuisse ē ut ēt · Non enim
sicut creatura · ita dī filius